

riciſ circulum in quotcunq; partes ſecare : elegerunt tamen ſectionem ejus potius in 360. partes, tam ortus quàm uſus ratione. Oritur enim hic numerus ex ſenario ſexies in Denarium ducto. Senarius verò Numerus Numerorum Perfectorum primis Aſtronomis in primis omnium eſt familiariffimus, ut hunc & pauculos ex his progenitos quis Numeros Aſtronicos merito dicere poſſit : itidem ut Quinarium Naturæ & Septenarium Sacris familiarem. Uſus verò Numeri 360. immenſus eſt, adeò ut etiam vix liceat eum extremo digito attingere. Quivis tamen vel inde eum æſtimare poſſeſt, quod ex ijs etiam, qui eo majores ſunt, ne quid dicam de minoribus, vix aliquis reperiatur, qui tot diſiſiones admittat. Eſt enim per 2. in 180 : per 3. in 120 : per 4. in 90 : &c. & contra, dividuus, ut ex adjuncta Diſiſorum Quotorumq; reciproca combinatione videre eſt: ubi 22. Diſiſores, totidemq; reciproce Quoti inveniuntur : quod præter hunc nullus alius tam anguſtus & ſuccinctus numerus præſtiterit. Unde nemo non videt ad Calculum Mathematicum, potiffimum verò Aſtronicum, nullum numerum aptiorem eſſe. Nec cauſa eſt, cur credamus, antiquiſſimos Aſtronomos pro re nata vel Circulum vel Circuli Quadrantem ſecuiſſe : quin potius nugæ agunt, qui id adſtruere nituntur. Breſiloquentiæ enim Veteres ſtudioſi, per primos potius, quam per compoſitos numeros loqui malèbant : quod hic obiter ut moneam, non puto me nullam cauſam habuiſſe.

Diviſ.	Quoti.
1	360
2	180
3	120
4	90
5	72
6	60
8	45
9	40
10	36
12	30
15	24
18	20
Quoti.	Diviſ.

Unde Semicirculi meſſura ſunt gradus 180.

Idq; tam in Semicirculo ADB maximo, quam OQN mediocri & KRI minimo.

D

Facile